

Johann Huswedel

## **Programma In Redemptoris & Servatoris nostri Jesu Christi festo natalio**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn734613733>**

Druck Freier  Zugang



Ru. Progr. 1638

1) Johann Kleinshmid

2) Minich Rakke

3) Johann Kleinshmid

4) Minich Rakke

5) Minich Rakke

6) Johann Musrodte



PROGRAMMA

*In Redemptoris & Servatoris nostri*

JESU CHRISTI  
festo natalio propositum

*Ab*

JOHANNE HUSVVEDELIO,  
Phil. pract. Profess. & Academiae  
Rectore.

\*\*\*\*\*

ROSTOCHI,  
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.  
Anno M DC XXXIIX.

638. 24.

**N**atalem Redemptoris & Servatoris nostri Dn. JESU CHRISTI, cumq; trigessimum nonum supra millesimū sexcentisimū celebrat hoc tempore Ecclesia solemniter: certè meliori jure, longeq; majori merito, quam suorum ducum & autorum Platonis, Epicuri & aliorū sectatores. Quidni n. celebret, cum id ineffabilis majestas nati p̄eri & beneficia generi nostro collota postulent. Majestas ante hunc orbem cōditum Deo patri omnino fuit cōmendatissima, ut legim⁹ Joh. 17. v. 24. & 1. Pet. 1. v. 20. Nec minus post conditū, quod multis ante natū seculis nasciturū promisit, variisq; typis & figuris tantum non ante oculos depictum constituit. Gen. 3. v. 15. promittitur semen mulieris contritulum caput serpentis; quæ promissio primos parentes, in Dei offensam prolapsos & afflictos, haud parum erexit, ac efficaci consolatione confirmavit. Repetita est eadem promissio, sed multo clarius, patriarchæ Abrahamo, cujus fides tanta fuit, ut credentium pater, à quo filij fideles longa serie descenderent, dici mereretur. Repetita est ejus filio & nepoti, qui eam suis posteris, quasi per manus, tradiderunt, & leniendo ejus videndi desiderio, quale in Abrahamo fuisse testatur servator Joh. 8. 56. propagarunt. Inter figuras, quibus hæc promissi Messiae nativitas, externis etiam sensibus ingesta fuit, eximia est Isaaci historia, qui patri jam annis confecto & effoeto, ex matre sterili quidē in adolescentia, foecunda

at in anilitate, natus est: qui cum in spem hereditatis  
amplissimæ solus esset susceptus & educatus, exclu-  
so Ismaele, tamen pro victima eductus, ac sacri-  
ficio destinatus est, Quis non videat Servatoris nostri  
nativitatem, regnū & mortem hac pictura expressam,  
& evidenter quidem? Exstat Moisis promissio, quam  
Israelitis dedit, Deut. 18. v. 15. Prophetam vobis Deus  
excitabit, ex fratribus vestris, ut me, hunc audietis.  
Cum alia etiam ratione constare possit, hunc nostrū  
his verbi. Messiam indigitari, vel ex Apostoli autori-  
tate certi esse possemus, qui diserte hanc Moisis pro-  
missionem CHRISTO applicat, & in eo completam af-  
firmat, Act 3 22. Prophetarum scripta ingressi nihil  
frequētius deprehendimus, nihil facilius, quā saluta-  
rem nativitatem promissi Messix, adeo ut putidum,  
videatur citandis locis paginam implere, Unicū ta-  
ceri non potest, quod, ut promissio facta est toti po-  
pulo: ita peculiariter facta est populi illius Regi, &  
quidē præ ceteris eximio, DAVID: qui eam suis quoq;  
Psalms & hymnis insertam posteris tradidit. Unde  
factum, ut in Epist. ad Rom. 1. v. 3. & aliis locis, Messias  
dicatur natus ex semine Davidis, secundum carnem  
ut nimirum eo certius constaret, Messiam exhiberi,  
qui promissus esset, ac officio, cui à Deo ante mundū  
conditum destinatus sit, vitam & operam ex prædicto  
inpendere, nec ulla in re suis partibus deesse. Legis  
typos & umbras tacendo præterimus, quæ nihil aliud

voluerunt, nihil aliud egerūt, quam ut pro temporis  
ratione & sua natura indicarent, quid rerū promissus  
Messias acturus esset, quibus beneficiis populum suū  
affecturus, qua ratione regnum suum gesturus, quo id  
modo administraturus. Sed his umbris discussis ipsū  
Solem orientem spiritualibus fidelis animi oculis,  
contueamur. Splendorem ejus orientis indicat pri-  
mum, instar cujusdam Luciferi, ante ambulo ejus Ba-  
ptistes: qui suam quoq; præstantiam nobis cōmen-  
dat, eo primum, quod non sine miraculo sit conce-  
ptus, in parentis utero jam Spiritu S. plenus & ab eo  
motus, nec sine miraculo natus: deinde quod vitam  
egit suo præcursu dignam, sanctimonix plenam, spi-  
ritu & robore prophetico Eliæ armatus, neminem  
hominem ex omnibus, præter herum suum habeat  
majorem. Sed quātūcunq; tandem dignitatis fuerit,  
tamen si cum ipso CHRISTO Domino conferatur, di-  
gnum se judicat, qui ne quidē fungatur infimi man-  
cipij officio, vel corrigiam calceamentorum illius so-  
luturus. Solem ipsum ostendit miraculorum divi-  
norum plenissima natiuitas, ad quam denunciandā  
Virgini, futuræ matri angelus mittitur, non è plebe  
unus, verum ex potentioribus: mittitur à Deo ad ho-  
minem, causa humani generis, quam gravissimam ac  
Deo dignissimam fuisse oportet: neq; n. rei vulgari  
ac vili ministrum tantæ dignitatis ab coeli ac terræ  
conditore admoveri jus aut fas esset. Modus, qui in  
con-

conceptione est, nihil non divinum spirat, adeo ut à  
conditu mundi nihil simile gestum fuerit; siquidem  
conceptus est à Spiritu S. & ex Virgine natus, quod  
natura vere quidem fieri vidit, saum vero ordinem  
& nexum causarum superari miraculo professa est  
Hæc tanta nati hujus pueri, ante mundi conditum præ-  
ordinati, post conditum sæpe & variè promissi, tan-  
dem exhibiti, majestas ac dignitas major est, quam ut  
humana eam assequi possit oratio vel cogitatio: U-  
tamur ergo lingua & voce angelorum ac dicamus,  
GLORIA in excelsis DEO, & in terra pax, hominibus bo-  
na voluntas. Sed hujus hymni verba posteriora, minime  
negligendam nobis occasionem offerunt, pauca  
de beneficijs & fructu nascentis Messiaë dictis, adjun-  
gendi. Indicat nimirum angelica cantio, nihil ex hoc  
negotio deberi gloriæ nec angelis, nec hominibus, sed  
universam gloriam deberi bonitati divinæ, quæ no-  
bis, quos condidit, miro consilio prospexerit à coelo,  
ut intelligamus, illinc nobis proficisci, quicquid ma-  
gnificum aut salutiferum obtigerit; In terris nihil al-  
liud optandum, quam pacem, quæ peccatis abolitis  
nos Deo conciliet, quæ nos mutua charitate conglu-  
tinet. Hæc est n. pax, non mundi, sed Dei, quæ exsu-  
perat omnem sensum, quæ præponderat universis  
mundi felicitatibus. Ea gratis per hunc natum con-  
ciliatorem Dei & hominum offertur, non intercedē-  
tibus nostris meritis, sed ex propensa in nos benevolenti-



centia divina: cui visum, hae mirabili ratione confu-  
lere saluti generis humani. Quid vero nostra ex parte  
fit? Hujus boni thesaurus quomodo admittitur, qui-  
bus manibus contrectatur, quibus animis accipitur?  
Ingratis nimirum, impuris, crudelibus: Gloria, quae  
Deo auctori beneficiorum unico tribui debebat, ho-  
minibus tribuitur: Quod bene vel geritur, vel gestū  
existimatur, humanae potentiae vel sapientiae in puta-  
tur. Hinc iste fastus, insolentia, supercilia. Pax vero,  
praesertim animis & conscientijs per hunc natū pue-  
rum oblata locū vix invenit, minimè quidem apud  
honorum, opum, voluptatum captatores. Illi n. hu-  
mili & abjecta specie rerum offenduntur. Quae u. in-  
quiunt gloria Deo ex casa rustica; ex personis vel i-  
gnotis vel contemptis, quales erant Josephus & Ma-  
ria; ex pastoribus harmoniam angelicam audientibus  
quidem, sed pastoritiam simplicitatem vultu & gestu  
profitentibus, nascatur? Quid jam opulenti & potē-  
tes, quam pacem in conscientijs, quam lætitiā sen-  
tiunt, qui semper torquentur metu vel amittendarū  
opum, quas injuria possident, vel periculo servanda-  
rum. Non sine causa CHRISTUS nos ter in paupertate  
natus, eamq; professus est. Commēdare nobis voluit  
non tam usum divitiarum, quam fugam: Earum sci-  
licet, quae animos insolentes reddunt, petulantes, cu-  
pidos rixarum, contentionum, bellorum, caedum, a-  
liarum calamitatum autores. Quarum si exempla  
no-

nobis publica decissent, quæ copiosè, imò abundè adsunt: privata nobis paupertatis innoxia & honestæ amorem, parere & admonere possent. Qui n. literas profitemur & otium sectamur, jussu potentum armati in vallo per ministros comparere jubemur: fatin' tuti estis ò cives, his sex vel septem excubitoribus! Quibus res in arctum redactæ sunt, ad indebita, haud scio, annò etiã iniqua tributa coguntur; qui ad studia pacis tractanda vocati sunt, militũ obijciuntur violentiæ & injuriæ, cum patronorum præsidio ab ijs tuti, suam rem agere deberent. Sed apud voluptatum capratores, quem locum in conscientiiis pax inveniat? Bacchi & Veneris orgia celebrari à multis ex juventute nostra, his diebus haud dubiè intelligemus, imò ut jam initia se dederunt, intelligimus, ex tumultu & clamore, quem exercere amant, qui istis interfuerunt: Indicant rixæ, convivia, conflictus insanorum & male feriatorum hominum, qui Marti *Βροσολοίγω, μισιφόνω*, homines perdent; cædibus polluto, quam huic puero CHRISTO, similiores, aliis molestiã & negotium faceffunt, Deum, & magistratum Dei vicariũ offendunt, pacem publicam ac domesticam turbant, conscientiam alienam offendunt, suam ledunt, vulnerant, sauciant, corpus deniq; & animam in pericula exitialia adducta præcipitant. Jam de bonâ voluntate, quæ spes inter homines relicta est? Neminis misereri certum est, quia mei miseret neminem, inquiebat olim senex comicus. Alius ejà, se nemini credere, asserbat; sibi, si quis credere vellet, facturum suo periculo. Hoc hominum genus, quod vel fanior Ethnicus detestetur, *κρυπτόν ἔγχρῳ ἔχει κραδίη, Φαιδρῳ προσενέπει προσηπῳ; γλώσσα δὲ οἱ διχόμυθῳ ἐκ μελαίνης φρενὸς γεγωνῆ*: hastam corde occultam gerunt, hilari vultu salutant, os bilingue ex nigra mente vocem edit. Ex hoc genere, qui sunt, novi à nobis Politici vocantur. O antiqua &

& Christo digna simplicitas. Utinam terra nova novost-  
tos Politicos apud se potius videret, quam nostra eos ha-  
beret ac periret. Qui n. ita comparati sunt, neq; nomine,  
christiano digni neq; cætu habentur, neq; cum Christo  
capite hæc membra unquam coalescent. Ista a. sinisteritas  
voluntatis, unde tandem in homine existit? certè nec hu-  
jus pueri nativitas, nec ab eodem nato exercita caritas, ta-  
le quid unquam præ se tulit. Amor humani generis longè  
aliud ei suavit. longè nobis aliud suadere debebat exem-  
pli pene plusquam divini præsentia & efficacia. Videmus  
jacentem in cunis Dei filiū amore generis humani flagran-  
tem, pacis autorem, bonæ voluntatis pararium: exemplū  
præfens, efficax, divinum, quidni admittimus? Amorem,  
pacem, benevolentiam, concordiam quidni exercemus, e-  
xemplo, quod omni exceptione majus est, securi: imo &  
certi, quod CHRISTI adversarius, odij, belli, malevolentia,  
calumnia, adeoq; malorum omnium sator factorq; maxi-  
mus, omnes exempli sui sectarios, partim honorum vento  
in flatos, opū copia turgidos, voluptatis usu marcidos, pe-  
tulantiæ, inobedientiæ, falsimoniæ reos, malæ primū con-  
scientiæ tormento in hac vita, supplicio æternæ in altera  
maestet. Quod ut natus puer, datus humano generi filius,  
Gloriæ in excelsis Deo dandæ, pacis in terra hominibus  
conciliandæ, & bonæ inter ipsos voluntatis autor, (malè  
ominatis enim verbis in hoc sacro natalitio libenter par-  
cimus) avertat, cæteris vero gloriæ divinæ, pacis ac bo-  
næ voluntatis cupidis ac Studiosis pacem ac cætera hujus  
nativitatis beneficia, largiatur, his diebus præcipuè, reli-  
quis vero semper Filium Dei nobis datum ac natum, cujus  
natalitia celebramus, ex animo supplices rogabimus. P. P.


Rostochij die 25. Decembr. Anno 1638. sub

sigillo Rectoratus.





Satyrice, fatua, rustica muliebri (ne  
 festiuitate similes nos oblectemus, Deu  
 patientis acerbissimum supplicium aug  
 ristemus, pietatem, & honestatem la  
 Christianos plus quam barbara, Eibni  
 turpitudinis ac deformitatis condemne  
 flagitium esse putabimus, parvulos, quoe  
 dere, proximos, quod leges etiam crea  
 Neq; enim hic valebit illud Aristippi  
 Ο υς δ' σωφρων ε' δικα  
 inq; Bacchanali  
 Mens temperata ritē, n  
 Perinde quasi a fatore liber sit, qui in  
 aquam cadit, non madesiat. Neq; m  
 tudo jam vires nacta quemquā excusa  
 lum, cuius hac sententia est ad Rom.  
 De τῷ ἀϊωνί τῆς ψυχῆς ἀλλὰ μετὰ τὸ  
 ροὸς εἰς τὸ εἶς. Ne configuremini secu  
 mini per renovationem mentis vestrae,  
 sit voluntas DEI bona illa, accepta a  
 adhortatione verè Apostolica, verè  
 DEUM precor, ut pœnam Bacchan  
 cateraq; impietate nostram Academ  
 viter adsligente adtractam clementer  
 mitiget, atq; ita temperet, ut ne iuxta i  
 ἐχθρῷ amicus, & iustus (si quis apud no  
 hoste, & injusto pereat. Faciamus, qu  
 culcat, abnegemus impietatem, volupt  
 tillationes carnis, cor fastu inflatu  
 tam, animum amarulentum, deniq;  
 conuitiis mendacis sintos deponam



the scale towards document

repetam)  
 s, Christi  
 elos con  
 nos ipso  
 ulantiae  
 um verò  
 at, offen  
 ledere;  
 ditur.  
 t, qui in  
 consue  
 s Aposto  
 quatiē  
 unōq; τῷ  
 sforme  
 eiv, que  
 Qua in  
 esino, ac  
 roribus,  
 risq; gra  
 paternè  
 εἰς τοῦ  
 est) cum  
 oties in  
 rum, ti  
 virulen  
 no, felle,  
 nu, mo  
 temq;